

30
6
L.

2185

L.

RES :

6485P.

$\frac{L}{2}$
 $\frac{1}{2}$

EPISTOLARVM
SELECTARVM
CICERONIS.
LIBR(DVO.

Quæ ob perspicuitatem sententiarum, &
rerum varietatem literarijs ludis nūc
denuò congestæ sunt,
& distinctæ.



Cum facultate superiorum;

VLYSSIPONE.

Apud Emmanuelem á Sylua, an. 1654^o

Acusta de Mathens Rôiz lixeiro na rua nova.

L.
2186

20²²
Spoken

AES

6486P

L I C E N C I A S.

Pode-se tornar a imprimir o liuro de
que o suplicante faz menção, & de-
pois de impresso tornará ao Conselho
para se conferir com o original, & se dar
licença para correr, & sem isso não cor-
rerá. Lisboa 7. de julho de 1654.

Pero da Sylua de Faria.

Francisco Cardoso de Torneo.

Pancalhão Rõiz Pacheco.

Diogo de Sousa.

Fr. Pedro de Magalhães.

Pode-se imprimir. Lisboa 8. de julho
de 1654.

O B. de Targa.

Que se possa tornar a imprimir este
liuro vistas as licenças do S. Officio,
& Ordinario, & depeis de impresso tor-
narà à mesa para se taixar, & sem isso

L I C E N C A S :

não correrá. Lisboa 9. de Julho de 1654

Pinheiro,

Cazado.

Visto estar conforme com o original
pôde correr este liuro. Lisboa 21. de Ju-
lho de 1654.

Pero da Sylua de Faria.

Francisco Cardozo de Torneo.

Pantalião Rôiz Pacheco.

Diogo de Sousa.

Fr. Pedro de Magalhaes.

Taixaõ este liuro em reis em papel.
em 22. de julho de 1654.

Pinheiro.

Cazado.

M. T. CICERO TERENTIAE
S. P. D.

Famil. lib. 14. Epist. 22.



Si vales, bene est, ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus, qui si venerint fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusque te statim certiozem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Cal. Septemb.

M. T. C. Terentia S. P. D. Fam. 14. 21.

Si vales, bene est, ego valeo. Da operam, ut conualescas: quod opus erit, ut res, tempusque postulat, provideas, atque administres, & ad me de omnibus rebus quam sapissimè literas mittas. Vale.

M. T. C. Terentia S. P. D. Fam. 14. 8.

Si vales, bene est, ego quidè valeo. Valetudinem tuam velim cures diligentissimè. Nam mihi, & scriptum, & nunciatum

LIBER

est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiore fecisti mihi gratum item posthac si quid opus erit, si quid acciderit inoui facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale. Dat. 4. nonas Iunias.

*M. T. C. Terentia. S. P. D. Famil.
lib. 14. Ep. 14.*

SI valet, bene est, valeo. Nos neque de Cæsaris adventu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur quicquã adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiore. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale. 3. Idus Sextilis.

*M. T. C. Terentia S. P. D. Famil.
lib. 14. Ep. 23.*

SI valet, bene est, valeo. Redditæ mihi iam tandem sunt a Cæsare literæ satis liberales, & ipse opinione celerius venturus esse, dicitur. Cui utrum obviam procedam, an hic eum expectem, cum consti-

constituero faciam te certiolem, tabellarios mihi velim quamprimum remittas. Valetudinem tuam cura diuigenter. Vale. prid. Cal. Sex.

M. T. C. Terent. S. D. Fam. 14. 17.

SI quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id, & pluribus verbis, & saepius. Nunc quæ sunt negotia vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Leptra, & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, vt tuam, vt Tullia valetudinem cures. Vale.

M. T. C. Terentia S. P. Di. Famil.

lib. 14. Epist. 15.

SI vales, bene est, valeo. Constituueramus, vt ad te antea scripseram, obuia Ciceronem Cæsari mittere. Sed mutauimus consilium, quia de illius aduëtu nihil audiebanus. De cæteris rebus, & si nihil erat uoui, tamẽ quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex Siccapotens cognoscere. Tulliam adhuc merum

teneo

LIBER

teneo. Vale: indinem tuam cura diligenter:
Vale. 12. Cal. Quint.

M. T. C. Terent. S. P. D. Fam. 14. 19.

IN maximis meis doloribus excruciat
me valetudo Tulliaë nostræ. De qua ni-
hil est, quòd ad te plura scribã: tibi enim
æquẽ magnę curæ esse certò scio. Quod
me proprius vultus accedere, video esse
faciendum: etiam ante tecisse mi, sed me
multa impediunt, quæ ne nunc quidem,
expedita sunt. Sed a Pomponio expecto
litteras, quas ad me quamprimum per-
ferendas cures velim. Da operam ut va-
leas.

M. C. T. Terentia. S. P. D.

Fam. lib. 17. Ep. 14.

QUòd nos in Italiam saluos venisse
gaudes, perpetuò gaudeas velim.
Sed perturbati dolore animi, magnisq;
injuris, metuo ne id consilij ceperimus,
quòd non facile explicare possimus. Qua-
re quantum potes, adiua. Quid autem
possis

possis, mihi in mentē non venit. In viam quòd te des hoc tempore nihil est, & longum est iter, & non tutum. Et non video quid prodesse possis, si veneris. Vale. Datum pridie nonas Nouemb. Brundusij.

M. T. C. Terentia S. F. D.

Famil. lib. 14. Epist. 11.

SI vales, bene est, valco, Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iunij, cuius summa virtute, & singulari humanitate, grauiore etiam dolore affectus, nostra factum esse, negligentia, vt longe alia in fortuna esset atq; eius pietas, ac dignitas postulabat? Nobis erat in animo Cicero- nem ad Cæsarem mittere, & cum eo Gn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiore. Valetudinem tuam diligēter cura. Vale. xiiij. Calend. Quintilis.

M. T. C. Tironi. S. P. D.

Famil. lib. 15. Epist. 2.

SEptimum iam diem Corcitæ tene-
A
bamur.

LIBER

bamur. Quod autem frater, & filius Buthroti solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mutabamur nihil à te literarum. ñs enim ventis istinc nauigatur, qui si essent nos Corcyrae nõ sederemus. Cura igitur te, & confirma, & cum comode & per valetudinem, & per annitẽpus nauigare poteris, ad nos amantiſſimos tui veni. Nemo nos amat, qui te nõ diligat Charus omnibus, expectaturusq; venies, Cura vt valeas, etiam atque etiam, Tiro noster. Vale, 25. Cal. Nouẽb, Corcitrae,

M. T. C. Tironi. S. P. D.

Famil. 16. Epist. 4.

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo animo ſim affectus, tantũ ſcribo, & tibi, & mihi maximæ voluptati fore, ſi te ſeruum quãprimũm videro. Tertio die abs te ad Alyziam acceſſeramus. Is locus eſt circa Leucadem ſtadia C. XX. Leucade aut te ipſum, aut tuas literas à Marione

PRIMVS.

riore putabam me accepturum. Quantū
me diligis, tantū fac vt valeas, vel quantū
te à me scis diligi. Nonis Nouemb. Aly-
zia.

C. Filius Tironi. S. P. D.

Famil. lib. 16. Ep. 25.

ET si iusta, & idonea vltus excusatio-
ne intermissionis literarum tuarum:
tamen id ne sæpius faciās, rogo. Nam, & si
de Reipub. rumoribus; & nuntijs certior
fio, & de sua in me voluntate semper ad
me præscribit pater, tamen de quavis mi-
nima te scripta a te ad me epistola sæper
fuit gratissima. Quare cum in primis tuas
desiderem literas, noli committere, vt ex-
cusatione potius expleas officium scribē,
di, quàm assiduitate literarum. Vale.

M. T. C. Seruio Sulpitio, S. P. D.

Famil. lib. 13. Ep. 26.

HAgellareus Larillæus magnis meis
beneficijs ornatus in cōsulatu meo
memor, & gratus fuit; meque postea di-

LIBER

ligentissimè coluit. Eum tibi magnoperè
 commendo, vt & hospitem meum, & fa-
 miliarem meum, & gratum hominem, &
 virum bonum, & principem ciuitatis suæ;
 & tua necessitudine dignissimū. Pergra-
 tum mihi feceris, si dederis operam, vt is
 intelligat hanc meam commendationem
 magnum apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. Trebatio. S. D.

Fam. 7. 18.

E Pistolam tuam, quam accepi ab La-
 runtio conscidi innocentem; nihil e-
 nim habebat, quod nō vel in concione re-
 cte legi posset, sed & Aruntius ita te mā-
 dalle aiebat, & tu adscripseras. Verū il-
 lud esto: nihil te ad me postea scripsisse de-
 miror, præsertim tam nouis rebus. Vale.

M. T. C. Q. V. A. L. Q. FIL. S. D.

Famil. 13. 6.

P Vb. Cornelius, qui tibi has literas recē-
 didit,

didit, est mihi à P. Cuspio cōmendatus, cuius causam quanto percuperem, deberemq; profectò ex me facilè cognouisti. Vehementer te rogo, cures, vt ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quàm primum, quam sæpissime gratias agat.

M. T. C. S. P. D. Memmio.

Famil. lib. 23. Epist. 3.

Avlum Fusium vnū ex meis intimis, obseruantissimum, studiosissimumq; nostri, eruditū hominē, & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum, velim ita tractes, vt mihi coram recepisti. Tam mihi gratū id erit, quā quod gratissimū. Ipsum prætereā sūmo officio, & sūma obseruātia tibi in perpetuū deuinxeris. Vale

M. T. C. S. D. Cornificio, Famil.

lib. 12. Epist. 27.

SEXTUS Aufidius & obseruātia, qua me colit

LIBER

colit, accedit ad proximos, & splendore equitis Romani nemini cedit. Est autem ita temperatis, moderatisque moribus, ut summa seueritas, summa cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia, quæ sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio magisve ex animo commendare non possim. Per gratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer mi Cornifici rogo. Vale.

CICERO BASILIOS.

Famil. 6. 15.

Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor, a te amari, & quid agas, quidque agatur cerrior fieri volo. Vale.

D. Bruuius Imp. Tul. Cic.

S. P. D. Fam. 11. 4.

Si de tua in me voluntate dubitare, multis a te verbis peterem, ut dignitatem meam tuerere: sed profecto ita est, ut mihi

per

persuasi, me tibi esse curæ. Progressus
 sum ad Transalpinos cum exercitu, non
 tam nomen captans imperatorium, quã
 cupiens militibus satisfacere, firmosque
 eos ad tuendas nostras res efficere, quod
 mihi videor consecutus: nam & liberali-
 tatem nostram, & animũ sunt experti: cũ
 omnium bellicosissimis bellum gessi, mul-
 ta castella cepi, multa vastavi, nõ sine cau-
 sa ad senatum literas misi. Adiua nos tua
 sententia, quod cũ facies, ex magna par-
 te cõmuni commodo inseruieris. Vale.

M. T. C. Servio Sulpicio S. P. D.

Fami. 23. 20.

A Scapone Patrẽsi medico vtor valdẽ
 familiariter, eiusq; tunc consuetudo
 mihi iucũda fuit: tum etiam ars, quã sum
 expertus in valetudine meorum: in qua
 mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelita-
 te, benevolentiaq; satisfecit, Hunc igitur
 tibi cõmendo, & a te peto, vt des operam

LIBER

vt intelligat diligenter me scripſiſſe de ſe
meamq; cōmendationē vſui magno ſibi
fuiſſe. Erit id mihi vehemēter gratū. Vale

M. T. C. Ampio S. P. D.

Famil. 10. 29.

DE meo ſtudio erga ſalutem, & incolu
mitatem tuam, credo te cognoſcere
ex literis tuorū, quibus me cumulatiſſimē
ſatiſfecifſe certō ſcio, nec his concedo,
quamquam ſunt ſingulari in te beneuolē-
tia, vt te ſaluū malint, quā ego. Illi mi-
hi neceſſe eſt concedant, vt tibi plus, quā
ipſi hoc tempore prodeſſe poſſim, quod
quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam, &
iam in maxima re feci, & fundamēta ieci
ſalutis tuæ. Tu fac bono animo, magnoq;
ſis, meque tibi nulla re de futurum eſſe
confidas. Pridie non. Quin. Vale.

M. T. C. M. Maris S. P. D.

Fami. 7. 4.

ADix. Calendas Iulias in Cumanum
veni

PRIMVS.

veni cum Libone tuo, vel nostro potiùs: in Pompeianum statim cogito. Sed faciã te antecertiozem. Tecum semper vale-
re cupio, tu certè, dum hic sumus. Vides enim quanto post vnã futuri sumus. Qua-
re si quid constitutũ cum podraga habes, fac in alium diem differas. Cura igitur vt
valeas, & me hoc biduo, aut triduo expe-
cta. Vale.

Cicero Planco Imp. Cons. Desi. S. P. D.

Famil. 10. 14.

O Grata in famam, biduo ante victoriã,
de subsiduo tuo, de studio, de celeri-
tate, de copijs, atq; etiã hostib⁹ fufis, spes
omnis in te est. Fugisse enim ex prælio
Mutinensi dicuntur notissimi latronũ du-
ces. Est enim non minus gratũ extrema
delere, quam prima depellere. Equidem
expectabam iam tuas literas, idque cum
multis: sperabamq; etiam Lepidũ tem-
poribus admonitum, tecum & Reip. sa-
tis esse facturũ: in illam igitur curam in-
cumbe

LIBER

Cumbe, mi Plance, vt ne qua scintilla te er-
rimi belli relinquatur. Quod si erit factū
& Remp. diuino beneficio affeceris. & ip-
se æternam gloriam consequere. Tertio
Idus Maij. Vale.

M. C. Papirio Peto S. P. D. Fa. 9. 23.

Heri veni in Cumanum, cras ad te sor-
tasse. Sed cū certum sciam, faciā
te paulō ante certiorē. Etsi Marcus Ce-
parius, cū mihi in sylua Gallinaria ob-
uiam venisset, quæsissemq; quid ageres,
dixit te in lecto esse, quod ex pedibus la-
borares, tuli scilicet molestē, vt debui: sed
tamen constitui ad te venire, vt & viderē
te, & viscerem, & cernerē etiam. Nō enim
arbitror cocum etiam te Arthriticum ha-
bere. Expedi igitur hospitem cū mihi
me edacem, cum inimicum cænis sumptu-
uosus. Vale.

M. C. S. D. C. Planco Fam. 4. 15.

ACcepi per breues tuas literas, quibus
id, quod scire cupiebam, cognoscere

non

non potui: cognoui autem id, quod mihi
dubium non fuit. Nam quæ in fortiter fer-
res communes miseras, non intellexi:
quam me amares, faciliè per spexi: sed hoc
scieram, illud si scissem, ad id meas literas
accommodassem. Sed tamen & si antea
scripsi, quæ existimaui scribi oportere: ta-
men hoc tempore breuiter commonen-
dum putavi, ne quo periculo te proprio
existimares esse, in magno omnes, sed ta-
men in cõmuni sumus. Quare non debes
aut propriam fortunam, aut præcipuam
postulare, aut communem recusare. Qua-
propter eo animo sumus inter nos, quo
semper fuimus. Quod de te sperare, de
me præstare possum.

Cicero Dolabella S. D. Famil. 9. 12.

Catulator Bañs nostris, siquidem, ut scri-
bis, salubres repente factæ sunt, nisi
forte te amant, & tibi assentantur; & tan-
diu, dum ades, sunt oblitæ sui: quod qui-
dem, si ita est, minime miror coelū etiam
& ter-

L I B E R:

& terras vim suam, si sibi ita conueniat, dimittere: Oratiunculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi, uelut sic legas, ut causam tenuerim, & inopem, nec scriptionem magnopere dignam, sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere uelut leuidentem Crasso filio cuiusmodi in suis solent esse munera. Tu uelim animo sapienti, fortiq; sis, ut tua moderatio, & grauitas aliorum infamat injuriam. Vale.

M. T. C. Imp. M. Calio Aedili Curuli S. P.

D. Famil. 2. 14:

F Abio viro optimo, & homine doctissimo familiarissime utor, mirificeque eum diligo, cum propter summum ingenium eius, summamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam eius: negotium sic uelim suscipias, ut si esset res mea: non ego uos magnos patronos, hominem occidat, oportet, qui uestra operauit uelit: Sed in hoc homine nullam accipio excusationem

tionem, omnia relinques si me amabis, cū
tua opera Fabi^o vti volet. Ego res Roma-
nas vehementer expecto, & respicō, in-
primisq; quid agas scire cupio. Nā iam
diu propter hyemis magnitudinem nihil
nouī ad nos afferebatur. Vale.

C. Trebatio S. D. Famil. 7. 22.

Illuseras heri inter scyphos, quōd dix-
eram controuersia esse, posset ne hæres
quod furtū antea factum esset, rectē furti
agere? Itaque & si domum bene potus,
serōq; redieram, tamen id capus, vbi hæc
controuersia est, notavi, & descriptum ti-
bi misi, vt scires id quod tu neminem sen-
sisse dicebas, Sextum Helium, M. Mani-
lium, M. Brutum sensisse. Ego autē Scæ-
uolæ, & Tessæ assentior.

M. T. C. D. Bruto. Imp. S. P. D.

Famil. 12. 15.

ET si mihi tuæ literæ iucūdiffime sūt,
tamen incundius fuit, quōd in summa
occupatione tua Plance collegæ mādasti

LIBER

Vt te mihi per literas excusaret, quod fecit ille diligenter; mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Coniunctio tua cum Collega; cōcordiaq; vestra; quæ literis omnibus declarata est S. P. Q. R. gratissima accidit: Quod superest, perge mi Brute, & iam non cum alijs, sed tecum ipse cetta. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuiatis uti cogito. Literas tuas vehementer expecto; & quidem tales, quales maximè opto.

M. Cicero, T. Fulviano Pratori S. D.

Famil. 6. 8.

CVM A. Cæcina tanta mihi familiaritas, consuetudoque semper fuit, ut nulla maior esse possit. Nam & patre eius claro homine, & forti viro plurimum uti sumus, & hunc à puero quòd & spem mihi magnam afferebat summæ probitatis, summaque eloquentiæ, & vivebat mecum coniunctissimè, non solum officijs artiumque, sed etiam studijs cōmuniibus, se semper

per dilexi, vt non vllō cum homine con-
iunctus viuerem. Nihil attinet me plura
scribere, quod mihi necesse est eius salutē
& fortunas quibuscunq; rebus possim u-
eri, vt vides. Reliquū est, vt cū cognoue-
rim pluribus rebus, qui tu, & de bonorū
fortuna, & de Reip. calamitatib⁹ sentires,
nihil à te petam, nisi vt ad eam volūtatē,
quam tua sponte erga Cæcinnam habi-
turus esses, tantus cumulus accedat com-
mendatione mea, quanti me à te fieri in-
telligo. Hoc mihi gratius facere nihil po-
test. Vale.

M. T. C. Cornificio Collega S. Fam.

12. 20.

CRata mihi tuæ liieræ, nisi quod Si-
nuessanum diuerfor!olum contemp-
sisti. Quam quidem contumeliā villa pu-
silla iniquo animo seret, nisi in Cumano,
Pompeiano reddideris. Sic igitur facies,
meq; amabis, & scripto aliquo laceffes.
Ego enim respondere facilius possū quā
proue.

L I B E R

prouocare. Quod si, vt es, cessabis, laces-
sam: nec tua ignauia etiam inertiam affe-
ret. Plura otiosus. Hæc cùm essem in se-
nato exaravi. Vale.

M. T. C. Cornificio S. D. Famil. 12. 21.

CAius Anitius familiaris meus, vir om-
nibus rebus ornatus, negotiorū suo-
rum causa legatus est in Africam legatio-
ne libera, cum velim rebus omnibus adiu-
ues, operamq; des, vt quam commodissi-
me sua negotia cōficiat. In primisq; quod
ei carissimum est, dignitatem eius tibi
commendo. Idq; à te peto, quod ipse in
provincia facere sum solitus vò rogatus,
vt ònibus senatoribus lictores daré, quod
idem acceperā, & id cognoueram à sum-
mis viris factitatum. Hoc igitur mi Cor-
nifici facies: ceterisq; rebus omnibus eius
dignitati, rei q; si me amas, cōsules. Id erit
mihi gratissimum. Da operam, vt valeas.

M. T. C. Cassio. S. P. D. F. 12. 9.

Breuitas tuarum literarum me quoq;
breuio,

breuiorē in scribendo facit, & verē vt dicam, non satis occurrit, quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio, tuas autem ignoramus. Tamquā enim clausa sit Asia, sic nihil perferatur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constat, sed adhuc sine auctore. Nos confectum bellum cū putaremus, repente à Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus: itaq; persuade tibi, maximam Reip. spem in te, & in tuis copijs esse. Firmos omnino exercitus habemus, sed tamen vt omnia, vt spero, prosperē procedant, multū interest te venire. Exigua est enim spes Reipublicæ, nam nullam non libet dicere, sed quæcumq; est, ea despondetur anno consularis tui. Vale.

M. T. C. Acilio Proc. S. P. D. F. 13. 30.

Luius Manlius est Sosis, is fuit Catiensis, sed est vna cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, Decurioque

LIBER

que Neapoli. Erat enim adscriptus in id municipium, ante ciuitatē socijs, & Latinis datam. Eius frater Catinæ nuper mortuus est nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiam eum habiturum: & est hodie in bonis. Sed quādo habet præterea negotia vetera in Sicilia sua & hanc hæreditatem fraternam, omnia eius tibi commendo, in primisq; ipsum virum optimum, mihiq; familiarissimum his studijs literarum, doctrinaq; præditum, quibus ego maximè delector. Peto igitur abs te, ut cum siue aderit, siue nō venerit in Siciliam, in meis intimis, maximèq; necessarijs scias esse. Itaq; tractes, ut intelligat meam cōmendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. & Cicero. F. Tironi Humanis.

& Opt. S. D. P. F. 16. 1.

Vide quanta in te sit suauitas, duas horas Thyrci fuimus. Xenomanes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum.

Is omnia pollicitus est, quæ tibi esset opus
facturum puto: mihi placebat, si firmior
esset, vt te Leucadem deportares, vt ibi
te plane cõfirmares. Videbis quid Curio,
quid Lysoni, quid Medico placeat. Vole-
bam ad te Marionem remittere, quem
cùm meliulculè tibi esset, ad me mitteres:
sed cogitavi vnas literas Marionem affer-
re posse, me autem crebras expectare. Po-
teris igitur, & facies, si me diligis, vt quo-
tidie sit Acastus in portu. Multi erūt, qui
bus rectè literas dare possis, qui ad me
libenter perferant. Equidem Patras eun-
tem, neminem prætermittam. Ego omnē
spem tui diligenter curandi in Curio ha-
beo, nihil potest illo fieri humanius, nihil
nostri amantius. Et te totum trade: malo
te paulò post valentem, quàm statim, im-
becillum videre. Cura igitur nihil aliud,
nisi vt tu valeas, cetera ego curabo. Etiã
atque etiam vale. Leucade proficiscens,
septimo idus Nouembris.

Finis libri primii

LIBER SECVNDVS

M. T. Cicero T. P. Attico
S. ad Attic. Lib. 3. Ep. 28.



X tuis literis, & ex re ipsa, nos
funditus perisse video. Te oro
vt quibus in rebus mei tuis in-
digebunt, nostris miseris ne
desis. Ego te, vt scribis, citò videbo: plu-
ra non scribo, cura vt valeas.

M. T. Cicero T. P. Attico S. ad Attic.
lib. 3. Epist. 21.

Triginta dies erant lapsi, cum dabam
has literas per quos nullas à vobis ac-
ceperam: mihi autem erat in animo iam,
vt antea ad te scripsi, ire in Epeirū, & ibi
omnem casum potissimum expectare. Te
oro, vt si quid erit, quod perspicias, quan-
cunq; in partem quam plenissimè ad me
scribas: & meo nomine, vt scribis, literas,
B 3 quibus

LIBER

quibus putabis opus esse, ut des. Vale. 5.
Calend. Nouemb.

M. T. C. T. P. Attico S. Att. 3. 1.

EGo quod per Thessaliam si item in
Epeirū, per diu nihil eram auditurus,
& quod mei studiosos habeo Dyrrachi-
nos, ad eos perrexi, cū illa superiora Thes-
salonica scripsissem, inde cū ad te me
conuertam, faciam, ut scias: tu quod ad me ve-
lim, omnia quā diligentissimē, cuiusmodi
sunt scribas. Ego iam aut rem, aut ne spē
quidem expecto. Vale. 6. Cal. Decemb.
Dyrrhachij.

M. T. C. T. P. Attico S. Attico

lib. 3. Epist. 1.

Cum antea maxime nostra interesse
arbitrabar te esse nobiscū tū, verō,
ut legi rogationē, intellexi ad iter, quod
cōstitui, nihil mihi optarius cadere posse,
quam ut tu me quamprimum cōsequere,
ut ex Italia proficī et essemus: siue per E-
peirum iter esse faciendum, tuo, tuorum
que

que praesidio vteremur : siue aliud quid
 agendū esset, certum consilium de tua se-
 tentia capere possemus. Quamobrem te
 oro, des operam, vt me statim consequa-
 re: facilius potes, quoniam de Prouincia
 Macedonia perlata lex est. Pluribus ver-
 bis tecum agerem, nisi pro me apud te-
 res ipsa loqueretur.

M. T. C. T. P. Attico S. ad Att.

lib. 3. Epist. 2.

I Tineris nostri causa fuit, quod non ha-
 bebam locū, vbi pro meo iure diutius
 esse possem, quam in fundo. Siccae, praes-
 fertim nondum cognatione correctae: & si-
 mul intelligebā, ex eo loco si iter haberē,
 posse me Brundisium referre: sine te au-
 tem non esse nobis illas partes tenendas
 propter Antonium. Nunc vt ad te antea
 scripsi, si ad nos veneris, consilium totius
 rei capiemus: iter esse molestum scio, sed
 tota calamitas, non eas molestias habet:
 Plura scribere nō possum, ita sum animo

L I B E R

perculso, & abiecto, cura ut valeas. Dat.
9. Idib. Aprilis Narua Locridis.

M. T. C. T. P. Attico S. At. 3. 3.

V Tina n illum diem videam, cum tibi
agam gratias quod me vincere cog-
gisti. Adhuc equidem valde me pœnitet,
sed oro, ut ad me Vibonem statim venias,
quod ego multis de causis conuerti iter
meum, sed eô si veneris, de toto itinere,
ac fuga mea con silium capere poterô: si
id non feceris, mirabor, sed confido te
esse omnino facturum. Vale.

M. T. C. T. P. Attico S. At. 3. 5.

Terentia tibi, & sœp, & maximas gra-
tias agit, id est mihi gratissimû: ego
enim viuo miserrimus, & maximo dolore
conficior: ad te quid scribam, nescio. Si
enim es Romę iam me assequi non potes:
si es in via, cum eris me assecutus, coram
agemus quæ erunt agenda, tantum te oro
ut quoniam me ipsum semper amasti, eo-
dem amore sis. Ego enim idem sum. Ini-

mici

mici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt cura ut valeas, 8. Id. Apr. Turi.

M. T. C. T. P. Att. S. Att. lib. 3. 6.

Non fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brundusij visurus essem: Idq; ad multa pertinuit in eis, & ut in Epeiro cōsisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio vteremur, quoniã id non contingit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum, Nobis iter est in Asiam, maximè Cizicum, tibi meos commendo, me vix, misereq; sustento. Vale. Dat. 14. Cal. Maij. Tarenti.

M. T. C. T. P. Attico S. At. 3. 26.

Post tuum à me discessum literæ mihi Romæ allatæ sūt, ex quibus prospicio nobis in hac calamitate rabescendū esse, neq; enim (sed bonam in partē accipies) si vlla spes salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me hoc tēpore discessisses, sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscū vnā interire videamur, hoc ommitto: il-
lud

LIBER

Iud abs te peto, des operam id, quod mihi affirmasti, ut te ante Calend. Ian. ubicunq; erimus, sistas. Vale.

M. T. C. T. P. Attico S. At. 3. 16.

Totum iter mihi incertum facit expectatio literarum tuarum Calēdis Sextilis datarum non aliud aliquid. Si spes erit, Epeirum: sin melius, Cyzicum, aut aliud quid sequemur. Tuz quidem literæ quò sæpius à me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorum, quàm cùm lecte sunt, tum id quod attulerunt ad spem infirmēt ut facile appareat te & cōsolationi seruire, & veritati: idq; te rogo plāne, ut ad me quæ scis, ut erūt, quæ putabis, ita scribas. Vale. Dat. 12. Calend. Septemb.

M. T. C. T. P. Attico S. Ad At.

lib. 3. Epist. 18.

Expectationem nobis non parvam attuleras, cùm scripseras Varronē tibi pro amicitia confirmasse causam nostrā Pompeium certē suscepturū, & simul ac

à Cæ-

3 Cæsare ei literæ, quas expectaret, remis-
 sæ essent, auctore etiam daturû: vtrum id
 nihil fuit, an aduersatæ sunt Cæsaris literæ
 an est ali quid in spe: etiam illud scripseras
 eundem secundum comitia dixisse. Fac, si
 vides quantis in malis iaceam, & si putas
 esse humanitatis tuæ, me fac de tota causa
 nostra certiozem. Nam Quintus Frater,
 homo mirus, qui me tam valde amat, om-
 nia mittit spei plena, metuens credo defe-
 ctionem animi mei. Tuæ autem literæ
 sunt variæ: nequæ enim me desperare vis,
 nec temerè sperare. Fac obsecro te, vt
 omnia quæ à te prospici possunt, sciamus.
 Vale.

M. T. C. T. P. Att co S. At 3.11.

ME, & tuæ literæ, & quidam honi nû?
 tij, non optimis tamen authorib^o, &
 expectatio vestrarû literarû, & quòd tibi
 placuerat, adhuc Thessalonicæ tenebât, si
 accepero literas, quas expecto, si spes erit
 ea quæ rumorib^o afferebatur, ad te me cõ-
 feram

L I B E R :

Teram : si non erit , faciam te certiore
quid egerim. Tu me, ut facis, opera, con-
silio; gratia iuva. Consolari iam desine:
obiurgare verò noli. Quòd cum facis, ut
ego tuum amorem, & dolorem desidero,
quem ita affectum mea ærumna esse ar-
bitror, ut te ipsum cōsolari nemo possit.
Quintum fratrem optatum, humanissi-
mumque sustenta, Ad me, obsecro te, ut
omnia certa per scribas. Dat. 4. Caiend.
Quintil.

F I N I S.

EPISTOLARVM
SELECTARVM
CICERONIS
LIBER II.

Quæ ob perspicuitatem sententiarum,
& rerum varietatem literarijs ludis
nunc denuò congestæ sunt,
& distinctæ.



Cum facultate Superiorum.

VLYSSIPONE.

Apud Emmanuelem de Sylva, anno
1656.

LIBRARIUM

SELECTARVM

CICERONIS

LIBER III



Quis de huiusmodi libris
et quomodo in hunc locum
et quomodo in hunc locum
et quomodo in hunc locum.



Universitatis Lipsiensis

ADYSSIPONIA

anno Domini 1724

1724

CICERO S. D. C. P. R. I. O. N. I.

Fam. lib. 2. epist. 3.



Vpæ studium non defuit de-
 clarandorum munerum tuo
 nomine: sed nec mihi placuit,
 nec cuiquam tuorum, quid-
 quam, te absente fieri; quod tibi, cum
 venisses, non esset integrum, meam qui-
 dem sententiam aut scribam, ad te postea
 pluribus: aut, ne ad eum meditere, impa-
 ratum te offendam; coramq; contra istã
 rationem, meam dicam: vt aut te in meã,
 sententiam adducam; aut certe testatum
 apud animum tuum relinquam quid sen-
 serim; vt, si quando, quod nolim, displi-
 cere tibi tuum consilium cæperit, possis
 meum recordari. Breui tamẽ sic habeo,
 in eum statum temporum tuum redditũ
 incidere, vt ñs bonis, quæ tibi natura, stu-
 dio, fortuna data sunt, facilius omnia, quæ
 sunt, in rep. amplissima, consequi possis,

LIBER

quàm muneribus : quorum neq; facultatem quisquam admiratur; (est enim copia rerum, non virtutis) neque quisquam est, quin satietate iam defessus sit. Sed aliter atq; ostenderã facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare omni hanc disputationem in adventum tuum differo. Summa scito in expectatione te esse, eaq; a te expectari, quæ à summa virtute, iummeq; ingenio expectanda sunt: ad quæ si es, ut debes, paratus; quod ita esse cõfido, plurimis, maximisq; muneribus, & nos amicos, & ciues tuos uniuersos, & rep. afficies: illud profecto cognosces mihi te neq; cariorem, neque iocundiorẽ esse quemquam. Vale.

Cicero S. D. Carisui. Fam. lib. 2. Ep. 4.

E Pistolarum genera multa esse non ignoras, sed vnum illud certissimum, cuius causa inueta res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, siquid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset
huius

huius generis literas à me profecto non
 expectas: tuarum enim rerum domestica
 rû habes, & scriptores, & nuntios: in meis
 autem rebus nihil est mané noui. Reliqua
 sunt epistolarum genera duo, quæ me
 magnopere delectant; vnum familiare, &
 iocolum: alterum leuerum & grane; vtrū
 me minus deceat vti, non Intellego. Locer
 ne tecum per literas? ciuem me Hercule
 non puto esse, qui temporibus his ridere
 possit. An grauius aliquid scribam? quid
 est, quod possit grauiter à Cicerone scri
 bi ad Curionem, nisi de re publica; atque
 in hoc genere hæc mea causa est, vt neq;
 ea, quæ nunc sentio, velim scribere. Quã
 obrem, quoniam mihi nullum scribendi
 argumentum relictum est; vtar ea clausu
 la, qua soleo, te q; ad studium summæ lau
 dis cohortabor: est enim tibi grauis ad
 uersaria constituta, & parata; incredibilis
 quædam expectatio: quam tu vna te fas
 cilime vinctes, si hoc flaueris; quarû lau
 dum

L I B E R

dum gloriam adamaris, quibus artibus eę
 laudes comparantur, in ijs esse elaboran-
 dum. In hanc sententiam scriberē plura,
 nisi te tua spē satis incitatum esse cōfi-
 derem, & hoc quidquid attigi, non feci in
 flammādi tui causa, sed testificādi amoris
 mei. Vale.

Cicero S. D. Curioni: Fam. lib. 2. Ep. 6.

N Ondum erat auditum, te ad Italiam
 aduentare, cū Sex. Viliū, Milonis
 mei familiarem: cum his ad te literis misis;
 sed tamen cūm appropinquare tuus adue-
 tus putaretur, & te iam Asia Romam ver-
 sus profectū esse cōstaret; magnitudo ref-
 fecit, ut non vereremur, ne ni nīs cūrō mī-
 tere mus, cūm has ad te quamprimū per-
 ferri literas magnopere velle mus. Ego, si
 mea in te essent officia solūm, Curio, tāta
 quanta magis ā te ipso prædicari, quāā ā
 me ponderari solent; vereturā diū a te, si
 qua magna res mihi petenda esset, con-
 tenderem. Grave est enim homini pu-
 denti

denti, petere aliquid magnum ab eo, de
 quo te bene meritū putet, ne id, quod pe-
 tat, exigere magis, quā rogare, & in mer-
 cedis potius, quā beneficij mentione erare
 videatur, sed quia tua in me vel nota om-
 nibus, vel ipsa nouitate meorum temporum
 clarissima & maxima extiterunt, & si que
 animi ingenui, cui multum debeas, eident
 plurimum velle debere: non dubitavi id à
 te per literas petere, quod in ibi omnium
 esset maximum, maximeq; necessarium,
 neque enim Inimicis veritus, ne sustinere tua
 in me, vel innumerabilia beneficia non
 possem, cum præsertim considerem nul-
 lam esse gratiam tantam, quam nō vel ca-
 pere animus tunc in accipiēdo, vel in re-
 munerando, cumulandoq; illustrare possi-
 sit. Ego omnia mea studia, omnem ope-
 ram, curam, industriam, cogitationem,
 mentem delique omnē in Milonis con-
 sulatu fixi, & locavi, statuique in co me
 non officij solum fructum, sed etiam pie-
 tatis

L I B E R.

tatis laudem debere quærere. Neque ve-
 rò cuiquam salutem, ac fortunas suas,
 tanti fuisse vnquam puto, quanti mihi sit
 honoreus: in quo omnia mea posita es-
 se decreui. Huic te vnum tanto adiuu-
 mento esse, si volueris, posse intelligo, vt ni-
 hil sit præterea nobis requirendum: ha-
 bemus hæc omnia bonorum studium cõ-
 ciliatum ex tribunatu propter nostram,
 vt spero te intelligere, causam, vulgi, ac
 multitudinis, propter magnificentiam
 munerum, liberalitatemque naturæ, iu-
 uentutis, & gratiosorum in suffragiis,
 propter ipsius excellentem in eo genere,
 vel gratiam, vel diligentiam, nostram suf-
 fragationem si minus potentem, ac pro-
 batam, tamen & iustam, & debitam, &
 propterea fortasse etiam gratiosam, dux
 nobis, & auctor opus est, & eorum vena-
 torum, quos propolui, moderator quidã,
 & quasi gubernator, qui si ex omnibus
 vnus optandus esset, quem tecum con-
 ferre

ferre possemus, non haberemus, quæ ob-
 rem, si me memorem, si gratum, si bonū
 virum, vel ex hoc ipso, quôd tam vehē-
 menter de Milone laborem, existimare
 potes, si dignum denique tuis beneficijs
 iudicas: hoc à te peto, vt subuenias huic
 meæ sollicitudinī, vt huic meæ laudi, vel,
 vt verius dicam, propè salutem tuum studi-
 um dices. De ipso T. Annio tantum tibi
 polliceor, te maioris animi, grauitatis, cō-
 stantiæ, beneuolentiæ erga te, si cōplecti
 hominem volueris habiturum esse nemi-
 nem: mihi verò tantum decoris, tantum
 dignitatis adiunxeris, vt eundem te facilē
 agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris
 in salute. Ego ni te videre scirem, cū hæc
 ad te scriberem, quantum officij sustine-
 rem, quantopere mihi esset in hac peti-
 tione Milonis omni non modo contem-
 ptione, sed etiam diuicatione elaboran-
 dum, plura scriberem: nunc tibi omnem
 rem, atque causam, meque totum com-
 mendo.

LIBER

mendo, atque trado; vnum hoc sic habe-
 to, si a te hanc re impetrato, me penè plus
 tibi, quàm ipsi Miloni debiturum: non e-
 nim mihi tam mea salus chara fuit, in qua
 præcipuè sum ab illo adiutus, quàm pietas
 erit in referenda gratia iucunda, eam au-
 tem tuo vnus studio me assequi posse
 confido.

*Cicero-Procos. S. D. M. Cælio Rufo. Aedili-
 cur. dies. Fam. lib. 2. Epist. 9.*

Primùm tibi, vt debeo, gratulor, deor-
 que cum præfenti, tamen etiam sperata
 tua dignitate, ferius, non negligètia mea,
 sed ignoratione rerum omnium, in his e-
 nim sum locis, quò & propter longinqui-
 tatem, & propter atrocità tardissimè
 omnia perferunt; & cùm gratulor, tum
 verò, quibus verbis tibi gratias agam, nõ
 reperio, quod ita factus sis, vt dederis nõ
 bis, quemadmodùm scripseras ad me, què
 semper ridere possemus, itaq; cùm primũ
 audiui, ego ille ipse factus sum (scis què
dicam

dicam) egiq; omnes illos adolescentes,
 quos ille iactat: difficile est loqui, te au-
 tem contemplans absentem, & quasi te-
 cu n coram loquerer. Non ædepol quanti-
 tam egeris rem, neq; quantum facinus se-
 ceris, quod quia præter opinionem mihi
 acciderat, referebam me ad illud: Incredi-
 bile hoc factu obijcitur repente verò in-
 cessi omnibus lætitijs, in quo cum obiur-
 garer, quod nimio gaudio penè desiderè,
 ita me defendebant: Ego voluptatè ani-
 mi nimiam, quid quæris? dum illum rideo
 penè sum factus ille. Sed hæc pluribus;
 multa q; alia, & de te & ad te, cum primū
 ero aliquid otij nactus. Te verò, mi Ruse,
 diligo, quem mihi fortuna dedit ampli-
 ficationem dignitatis meæ, vltorem non
 modo inimicorum, sed etiam inuidorum
 meorum: vt eos partim scelerum suorū,
 partim etiam ineptiarū pænitet. Vale.

Cicero imp. S. D. Cælio Aedili cur.

Fam. lib. 2. Epist. 11.

L I B E R

PUtares ne vnquam accidere posse, vt
 mihi verba deessent, neque solum ista
 vestra oratoria, sed hæc etiã lenia nostra
 tia? desunt autem propter hanc causam,
 quod merificè sum sollicitus, quidnam de
 prouincijs decernatur. Mirũ me deside-
 rium tenet vrbis, incredibile meorum, at,
 que in primis tui, satietas autem prouin-
 ciæ, vel quia videmur eam famam conse-
 cuti, vt non tam accessio quærenda, quã
 fortuna metuenda sit: vel quia totum ne-
 gotium non est dignũ viribus nostris, qui
 maiora in repub. onera sustinere, & possi-
 mus, & soleamus: vel quia belli magni ti-
 mor impendet: quod videmur effugere, si
 ad constitutam diem decedemus. De pan-
 theris per eos, qui venari solèt, agitur mã-
 dato meo diligēter, sed mira pauetas est:
 & eas, quæ sunt, valde aiunt quæri, quod
 nihil cuiquam insidiarum in mea prouin-
 cia, nisi sibi, fiat, itaque constituisse dici-
 tur in Cariam ex nostra prouincia dece-
 dere

dere; sed tamen sedulò fit. & in primis à Patifcho, quicquid erit tibi erit: sed quid planè esset, nesciebamus. Mihi me hercule magnæ caræ est ædilitas tua: ipsa dies me admonebat: scripsi enim hæc ipsi Megalensibus: tu veli n̄ ad me de omni re ip. statu, quam diligentissimè perscribas ea enim certissima putabo, quæ ex te cognouero. Vale,

Cicero imp. S. D. Calio edili eur.

Fam. lib. 2. Ep. 12.

Solicitus equidem eram de rebus vrbani: ita tumultuosq̄ conciones, ita molestæ quinquatrus afferebantur: nam citiora nondum audiebamus; sed tamen nihil me magis sollicitabat, quam in his molestijs non me, si qua ridèda essent, ridere tecum: sunt enim multa: sed ea nō audeo scribere: illud molestè fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarū: quare, & si cum tu hæc leges, ego iam annum munus confecero: tamē obuiæ mihi ve.

LIBER

si velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant
 de omni repub. ne hospes planè veniam:
 hoc mellùs, quàm tu, facere nemo potest.
 Diogenes tuus homo medestus, à me cū
 Philone Pessinunte discessit, iter habeat
 ad Deiotarum regem: quinquàm omnia
 nec benigna. nec copiosa cognorant. Vr-
 bem, mi Rube, cole, & in ista luce viue,
 omnis enim peregrinatio, quod ego ab a-
 dolescētis iudicavi, obscura, & sordida est
 n̄s, quorū industria Romæ potest illustris
 esse, quod cum probè scirem, utinam in
 sententia permanissem, cum vna me her-
 cule ambulatione, atque vno sermone
 nostro omnes fructus provincie non cō-
 fero. Spero me integritatis laudem con-
 secutum, non erat minor ex contemnē-
 da, quam ex conseruata provincia spes
 triumphis inquis? satis gloriose triumphare-
 rem, si non essem tandiū quidem in desi-
 derio rerum mihi charissimarum: sed, vti
 spero, propediem te videbo, tu mihi ob-
 uiam

tuam mitte epistolam te dignas. Vale.

Cicero imp. S. D. Celsi Aedilicis,

Famil. lib. 2 Epist. 13.

Raras tuas quae idem, (fortasse enim non
perferuntur) sed suaves accipio lite-
ras, vel quas proximè acceperam, quam
prudentes, quam multi & officij, & consi-
lij: & si omnia sic constitueram mihi agen-
da, ut tu ad non ebas, tamen confirmatur
nostra consilia, cum sentimus prudentibus
fideliterque suadentibus idem videri. Ego
Appianum, ut saepe tecum locutus sum, valde
diligō: meque ab eo diligere statim ceptum
esse, ut similitatem deposuimus, sensi: nam
& honorificus in me Consul fuit, & suavis
amicus, & studiosus studiorum etiam me-
orum, mea verò officia ei non defuisse,
tate es testis: quoniam, ut opinor, accidit
Phania, & me hercule etiam plaris cum
feci, quod te amari ab eo sensi; iam me
Pompeij totum esse scis: Brutum à me
amari intelligis, quid est causa, cur mihi non
sit

LIBER

sit in optatis, completi hominem florentem
 etate, opibus honoribus, ingenio, li-
 beris, propinquis, affinibus amicis, colle-
 gam meum præsertim, & in ipsa collegii
 laude, & scientia studiosum meum. Hæc eò
 pluribus scripsi, quòd mihi significabant
 tuæ literæ subdubitare te, qua essem erga
 illum voluntate: credo te audisse aliquid,
 falsum est: mihi crede, si quid audisti, ge-
 nus institutorum, & rationum in earum
 dissimilitudinem nonnullam habet cum
 illius administratione provinciae. ex eo
 quidam suspicari fortasse sunt, animorùm cõ-
 tentione, non opinionum dissentione, me
 ab eo discrepare: nihil autem feci unquã,
 neque dixi, quod contra illius existimã-
 tionem esse vellem: post hoc negotium
 autem, & temeritatem nostri Dolabellæ
 deprecatorem me pro illius periculo præ-
 beo. Erat in eadẽ epistola veteris civi-
 tatis, gaudebam sanè, & cõgelasse nostrum
 amicum latabar otio. Extrema pagella

pupugit me tuo chirographo : quid ais?
 Cęsarę nũc defendit Curio? quis hoc pu-
 taret pręter me? nam ita viuam, putaui.
 Dñi immortales, quàm ego risum nostrũ
 desidero. Mihi erat in animo, quoniã iu-
 risdictionem conferam, ciuitates locu-
 pletatam, publicanis etiã superioris lustri
 reliqua sine sociorum vlla querela cõser-
 uatam, priuatis, summis, infimis, fueram
 lucũdus, proficisci in Ciliciam nonis Mañ
 & cũ primũ in ęstiuã attingissem, milita-
 remque rem collocassem, decedere ex S.
 C. Cupio te Aedilem videre, miroque de-
 siderio me vrbs afficit, & omnes mei, & q̃
 in primis. Vale.

Cicero imp. S. D. Calio Aedilicur. Fam. 2.

Epist. 14.

M Arco Fabio viro optimo, & ho ninc
 doctissimo familiarissimę vtor, mi-
 rificęque cum diligo, cũ propter sum-
 mum eius ingenium, summamq; doctri-
 nam, tum propter singularem modestiam

uius

L I B E R

ðius negotiũ sic velim suscipias, vt si effectus
 res mea. Eouit ego vos magnos patronos,
 hominẽ occidat, oportet, qui veltra ope-
 ra vt velit: sed in hoc homine nullam ac-
 cipio excusatione; omnia relinques, si me
 amabis, cum tua opera Fabius vti volet.
 Ego res Romanas vehementer expecto,
 & desidero, in primis que quid agas, te re-
 cussio, nam iam diũ propter hyemis mag-
 nitudinem nihil noui ad nos afferre batur.
 Vale.

*Cicero imp. S. D. Cælio Aedili cur. Fam. 29
 , epist. 15.*

Non potuit accuratiũs agi, neq; pru-
 dentiũs, quam actum est a te cum
 Curione de supplicacione, & me hercule
 cõfessã res est ex mea sententia, cum ce-
 leritate, cum quod is; qui erat iratus cõ-
 petitor tuus, & idem meus: si sensus est ei,
 qui ornauit res nostras diuinis laudibus,
 quare scio me sperare ea, quæ sequitur,
 ad quæ tu te para. Dolabellam a te gaudeo
 primũ

primū laudari, deinde etiam amari: nā
 ea, quę speras Tullia meæ prudentia re-
 perari posse, scio cui epistolę tuę respō.
 deanti quid si meam legas, quam ego, tū
 ex tuis literis mihi ad Appoiū. Sed quid
 agas? sic videtur, quod actū est, dñi appro-
 bent. Spero fore iucundum generū no-
 bis: multū in eorum nos humanitas adiu-
 uabit Resp. me valde sollicitat, i auco Cu-
 rioni: Cæsarem honestum esse cupio: pro
 Pompeio emori possum, sed tamen ipsa
 rep. nihil mihi est charius, in qua tu non
 valde te iactas, districtus enim mihi vide-
 ris esse, quod & bon^o ciuis, & bonus ami-
 cus es. Ego de provincia decedēs, quæstō-
 torem Cælium proposui provincię: pue-
 rum, inquis? ac quæstorem, ac nobilem
 adolescentem, ac omnium serē exemplo,
 neque erat superiore honore vsus, quem
 præficerem. Pontinus multō ante disces-
 serat: a Q. fratre impetrari non poterat,
 quę me tamē si reliquisset, ducerent ini-
 qui.

LIBER

qui, non me planè post annum, vt senatus
 voluisset, ex provincia decessisse, quoniã
 alterum me reliquissem, fortasse & illud
 adderēt, senatum eos voluisse prouincijs
 præesse, qui antea non præfuisent: fra-
 trem meum triennium Asia præfuisse: de-
 nique nunc sollicitus non sum, si fratrem
 reliquissem, omnia iunctura, postremò
 non tam necasponte, quam potè illino-
 rum duorum exèplo, qui omnes Cassios,
 Antoniosque complexi sunt, hominem
 adolescentè non tam allicere volui, quã
 alienare nolui, hoc tu uixum consilium
 laudes necesse est, mutari enim nō potest.
 De Ocella parum plane ad me scripseras
 & in actis non erat. Inæ res gesta ita no-
 ta sunt, vt trans montem Taurum etiam
 de Maritimo sit ædium. Ego, nisi quid
 me Ecclesiæ morabuntur, celeriter, vt
 spero, vos videbo. Vale.

Cicero imp. S. D. Calio adili cur.

Fam. 2, Ep. 16.

Magno

Magno dolore me affecissent tuæ li-
 tere, nisi iam & ratio ipsa depulisset
 omnes molestias, & diuturna desperatio
 ne rerum obduruisset animus ad dolorē
 nouum, sed tamen quare acciderit, vt ex
 meis superioribus literis id suspicarerē,
 quod scribis, nescio; quid enim fuit in illis
 præter querelam temporū, quæ non ani-
 mum meum magis sollicitum haberent,
 quàm tuum? nam non eam cognoui acie
 ingenij tui, quod ipse videam, te vt id nō
 putē videre: illud miror, adduci potuisse
 te, qui me penit' nosse deberes, vt me exi-
 stimares aut tam improuidum, qui ab ex-
 citata fortuna ad inclinatam, & propē ia-
 centem desciscerē, aut tam inconstantē,
 vt collectam gratiam florentissimi homi-
 nis effunderem, à meque ipse deficerē,
 & quod initio, semperq; fugi, ciuili bello
 interesset. Quod est igitur meum triste
 consiliū? vt discederē fortasse in aliquas
 solitudines nosti enim non modo stoma-

LIBER

ſchi mei, cuius tu ſimilem quondam habe-
 bas, ſed etiam oculorum in hominum in-
 ſolentium indignitate ſaſtidium. Accedit
 etiam moleſta hæc pompa liſtorum meo-
 rum, nomenq; imperij, quo appellor, eo ſi-
 onete carere, quamuis paruis Italia late-
 bris contentus eſſem, ſed incurrit hæc no-
 ſtra laurus non ſolum in oculos, ſed iam
 etiam in vuculas maleuolorum: quod cũ
 ſua eſſet, nihil tamen vnquã de perfectione,
 niſi vobis approbãtibus, cogitavi, ſed
 mea prædiola tibi nota ſunt: in his mihi
 neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim.
 Quòd autem in maritimis ſacillimè ſu-
 moueo nonnullis ſuſpitionem, velle me
 nauigare: quod tamen fortasſe nõ nollem
 ſi poſſem ad otium, nam ad bellum quidẽ
 qui conuenit præſertim contra eum, cui
 ſpero me ſatiſfecitſe, ab eo, cui tamen ſa-
 tis fieri nullo modo poteſt. Deinde ſenten-
 tiam meam tu ſacillimè perſpicere poteris
 ſtiam ab illo tempore, cũ in Cumanti-
 mihi

mihi obuiam venisti: non enim te celatim,
 sed nonne tu prouidisti quã abhorre-
 rem ab urbe relinquenda? quod cum au-
 dissem, homine tibi affirmanti, quid uis me
 potius perire futurum, quã ex Italia ad bel-
 lum civile exiturum? quid ergo accidit?
 cur consilium mutasti? nonne omnia po-
 tius, ut in sententia permaenerẽ? credas
 hoc mihi uelãm, quod puto te existimare,
 ex his miseris nihil aliud me querere, nisi
 ut homines aliquando intelligãt, me ni-
 hil maluisse, quã pacem; ea desperata, ni-
 hil tam fugisse, quam arma ciuilia, huius
 me constantie puto fore, ut nunquã pani-
 teat: etenim memini in hoc genere gloria-
 ri solitũ esse familiarẽ nostrũ, Q. Hor-
 tensium, quod nunquam bello civili in-
 terfuisset, hoc nostra laus erit illustrior,
 quod illi tribuebatur ignauia: de nobis
 id existimari posse nõ arbitror. Nec me
 ista terrẽt, quę mihi a te ad timorẽ fidi-
 me, atq; animã istamẽ proponuntur: nulla

L I B E R

est enim acerbitas, quæ non omnibus, hæc
 orbis terrarum perturbatione, impedere
 videatur; quam quidem ego à Rep. meis
 priuatis, & domesticis in cõmodis libētis-
 simè, vel istis ipsis, quæ tu me mones, vt
 chaueam, redimissem. Filio meo, quẽ tibi
 earum esse gaudeo, si erit vlla resp. satis
 amplum patrimonium relinquam memo-
 riam nominis mei, sin autem nulla erit,
 nihil accidet ei separatim à reliquis ciui-
 bus. Nam quod rogas, vt respiciam gene-
 rum meum, adolescentem optimũ, mihi-
 que carissimũ: an dubitas, cum scias quã
 ei cum illũ, tum verò Tulliam meam fa-
 ciam, quin eã me cura vehemētissimè so-
 licitet? & eò magis, quòd in cõmunibus
 miserijs hac tantum oblectabat specula,
 Dolabellam meum, vel potius nostrum,
 fore ab ijs melioribus, quas liberalitate sua
 contraxerat, liberũ: velim quæras, quos
 ille dies sustinuerit, in vrbe dũ fuit, quã
 acerbos sibi, quã mihi ipsi socero nõ ho-
 nestos

nestos: itaq; neque ego hunc Hispanien-
 sem casum expecto, de quo mihi explorat-
 um est, ita esse, vt tu scribis: nec quidquā
 assutē cogito, si quando erit ciuitas, erit,
 profectō nobis locus: sin autem non erit,
 in eisdem solitudines tu ipse, vt arbitror,
 venies, in quibus nos cōsedisse audies; sed
 ego fortasse halucinor, & hæc omnia me-
 liores habebūt exitus, recordor enim des-
 perationes eorum, qui senes erāt, adoles-
 cente me, eos ego fortasse nunc imitor, &
 vtor ætatis vitio: velim ita sit, sed tamen
 togam prætextam rexi Oppio, puto te au-
 disse. Nam Curtius noster dibaphum co-
 gitat: sed eum infector moratur. Hæc as-
 persi, vt scires, me tamen in stomacho so-
 lere ridere. De Dolabella, quod scripsi,
 suadeo videas, tāquam si res tua agatur.
 Extremum illud erit: nos nihil turbulen-
 ter nihil temerē faciemus; te tamen ora-
 mus, quibuscunque erimus in terris, vt
 nos, liberosque nostros ita tueare, vt am-

fideis uoſtra, & tua fides poſtulabit. Vale.

M. Cicero imp. S. D. Q. Thermo Pro-
ſcripſit. Prat. Rom. 2 Ep 18.

Officium meum erga Thodenum, cæ-
 teraque mea ſtudia, que tibi, ac tuis
 præſtitit, tibi homini grauiſſimo grata eſſe
 vehementer gaudeo: mihiq; ſcito in dies
 maiori curæ eſſe dignitatem tuam: qua
 quidem à te ipſo integritate, & clemētia
 tua ſic amplificata eſt, vt nihil addi poſſe
 videatur; ſed mihi magisque quouidie de
 rationibus tuis cogitanti, placet illud meū
 conſiliū, quod initio Ariftoni noſtro, vt
 ad me venit, oſtendi graues te ſuſceperunt
 iniurcias, ſi adoleſcens potēs, & nobilis
 à te ignominia affectus eſſet, & hercle ſi-
 ne dubio erit ignominia: habes enim ne-
 minem honoris gradu ſuperiorum, ille au-
 tem, vt omittam nobilitatem, hoc ipſo
 vincit viros optimos, hominesq; innocē-
 tiſſimos, legatos tuos, quod & quæſtor eſt
 & quæſtor tuus, nocere tibi irauit, nemi-
 nem

nem posse perspicio: sed tamen tres fra-
 tres, summo loco natos, promptos, nō in-
 diferios, te nolo habere iratos, præsertim
 iure: quos video deinceps tribunos pleb.
 per triennium fore: tempora autem reip.
 qualia futura sint, quis scit? mihi quidem
 turbulenta videntur fore: cur ego te ve-
 lim incidere in terrores tribunicios? præ-
 sertim cūm siæ cuiusquā reprehensionē
 legatus questorem possis anteferre: qui si
 dignum se maioribus suis præbuerit, ut
 spero, & opto; tua laus ex aliqua parte fue-
 rit; si a quid offenderit; sibi totum, nihil
 tibi offenderit. Quæ mihi veniebāt in in-
 tem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quod
 in Ciliciā proficiscebatur, existimaui me ad
 te oportere scribere: tu quod egeris, id ve-
 lim dñ a probent: sed si me audies, vita-
 bis inimicitias, & posteritatis otio consu-
 los. Vale.

A. Cicero imp. S. D. C. Calio L. F.

Quæst. Famil. 2. Ep. 19.

D. 4

Cum

Cum optatissimum nuntium accepis-
 sem, te mihi quæ sortem obtigisse, eò
 iucundiorē mihi eam sortem sperabā
 fore, quod diutius in prouincia mecum fuif-
 ses: magni enim videbatur interesse, ad
 eam necessitudinem, quam nobis fors tri-
 buisset, consuetudinem quoq; accedere.
 postea cum mihi nihil neque à te ipso, ne-
 que ab vilo die de aduētū tuo scriberetur,
 verebar, ne id ita caderet, quod etiā nūc
 vereor, ne ante, quā tu in prouinciam ve-
 nisses, ego de prouincia decederem: acce-
 pi autem à te missas litteras in Cilicia, cū
 essem in castris, ad X. Kal. Quint. scriptas
 humanissimē: quibus faciliē & officiū, &
 ingenium tuum perspici possit, sed neque
 vnde, neque quo die datæ essent, aut quo
 tempore te expectarē significabant: nec
 is, qui attulerat, a te acceperat: & ex eo
 scirem, quo ex loco, aut quo tēpore essēt
 datæ, quæ cum essent incerta, existimaui
 tamen esse faciendum, vt ad te statores
 meos,

mēos, & lictores cum literis mitterem, quas si satis opportuno tēpore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum veneris. Nam quod ad me Curius consobrius tuus, mihi, vt scis, maximē necessarius, quod item C. Virginias, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissimē scripsit, valet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligēs cōmendatio, sed tuæ literæ, de tua præsertim dignitate, & de nostrâ coniunctione maximi sunt apud me ponderis: mihi quæstor optatior obtingere nemo potuit: quamobrem quæcunq; à me ornamenta in te proficiscentur: vt omnes intelligant à me habitam esse rationē tuæ, maiorumq; tuorum dignitatis, sed id iam facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris, quod ego, & mea, & reipub. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

LIBER

M. Cicero S. L. C. Curioni Famil.
lib. 2. Epist. 1.

Quamquam me nomine negligentiae
in suspectum tibi esse doleo: tamen non
tanti mihi molestum fuit accusari abs te of-
ficium meum, quam iucundum requiri:
praesertim eum, in quo accusabar, culpa
vacarem; in quo autem desiderare sig-
nificabas meas literas praeter te ferre, per-
spectum mihi quidem, sed tamen dulcem
& optatum amorem tuum. Equidem ne-
minem praetermisi, quem quidem ad te
peruenturum putarem, cui literas non
dederim: etenim quis est tam in scribendo
impiger, quam ego? a te vero bis, terve ad
summun, & eas perbreves accepi, quare
si iniquus es in me iudex, condemnabo eo-
dem ego te crimine; sin me id facere no-
les, te mihi aequum praebere debebis. Sed
de literis haecenus, non enim vere or, ne
non scribendo te expleam; praesertim si in
eo genere studium meum non aspernabe-

Ego te abfuisse tandem à nobis, & do-
 leo, quod carui fructu iucundiffimè cōfue-
 tu lias tuæ: & letor, quod abfens omnia
 cū maxima dignitate es cōfecutus, quod
 que in omnibus tuis rebus meis optatis
 fortuna refpōdet. Breue est, quod metibi
 præcipere meus incredibilis in te amor
 cogit. Tanta expectatio vel animi, vel in-
 genij tui, vt ego te obsecrare, obtestariq;
 non dabitē, sic ad nos confirmatus reuer-
 rare, vt, quam expectationē tui cōcitasti,
 hanc sustinere, ac tueri possis. Et quoniā
 meam tuorū erga me meritorum memo-
 riam nulla vnquam delebit oblitio; te ro-
 go, vt memineris, quātæcūq; tibi accessio-
 nes fieri, & fortunæ, & dignitatis, eas te
 non posse cōsequi, nisi meis puer olim
 fideliffimis, atque amantiſſimis consilijs
 paruitis, quare hoc animo in nos esse de-
 bebis, vt ætas nostra iam ingraueſcēs in
 amore, atq; in adoleſcentia conquieſcat
 tua. Vale.

LIBER: 2

Cicero S. D. Curioni Famil. lib. 2. Ep. 2.

Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro: qui, cum suis laudibus, tum verò te filio, superasset omnium fortunam, si ei cōtigisset, vt te ante videret, quam à vita discederet: sed spero nostram amicitiam nō egere testibus: tibi patrimonium dii fortunēt; me certē habebis, cui charus æquē sis, & peritucundus, ac fuisi patri. Valc.

Cicero S. D. Curioni Famil. lib. 2. Epist. 2.

Hæc negotia quodmodò se habeāt, ne epistola quidem narrare audeo tibi: etsi, vbicunq; es, vt scripsi ad te antea, in eadem es nauis: tamen, quòd abes gratulor, vel quia nō vides ea, quæ nos: vel quòd excelso, & illustri loco sita sit laus tua, in plurimorum, & sociorū, & ciuium conspectu: quæ ad nos nec obscuro, nec vario sermone, sed & clarissima, & vna omnium voce perfertur. Vnum illud nescio, gratulor

lerne tibi, an timeam, quod mirabilis est
 expectatio reditus tui: nō quod verear,
 ne tua virtus opinioni hominū nō respō
 deat: sed me hercule, ne, cū veneris, nō
 habeas iam, quod cures: ita sūt omnia de
 bilitata iam propē, & extincta. Sed hæc
 ipsa, nescio reētēne sint literis cōmissa,
 quare cetera cognoscēs ex alijs. Tu tamē
 siue habes aliquam spem de rep. siue des
 peras, ea para, meditare, cogita quæ esse
 in eo ciue, ac viro debent, qui sit rep. af
 flictam, & oppressam miseris tēporibus,
 ac perditis moribus in veterē libertatē,
 ac dignitatē vindicaturus. Vale.

Cicero Procos. S. D. Curioni pl.

Famil. lib. 2. Ep. 7.

Sera gratulatorio reprehēdi non solet,
 præsertim si nulla negligentia præter
 missa est: longē enim absūm: audio serō.
 sed & tibi gratulor: & vt sempiternæ lau
 di tibi sit iste tribunatus, exopto: teque
 horro, vt omnia gubernes, & moderere
 prudē-

L I B E R

prudentia tua, ne te auferant aliorum cō-
 silia, nemo est: qui sapientius tibi suadere
 possit te ipso; nunquā labere, si te audies:
 non scribo hoc temere, cui scribā, video:
 non animum, non consilium tuum, non
 vereor ne quid timide, ne quid stulte fa-
 cias, si ea defendes, quę ipse tēta esse sen-
 ties. Quod in id reip. tempus non incide-
 ris, sed veneris (iudicio enim tuo, nō casu
 in ipsum discrimen rerum contulisti tri-
 bunatum tuum) profecto vides, quanta
 vis in rep. temporum sit, quanta varietas
 rerum, quam incerti exitus, quam flexibi-
 les hominum voluntates, quid insidiarū,
 quid vanitatis in vita, non dubito, quin
 cogites, sed an abo te, cura & cogita, nihil
 noui, sed illud idem, quod initio scripsi,
 tecum loquere: te adhibe in consilium,
 te audi: tibi obtēpsit alteri, qui melius:
 de te consilium possit, quam tu, nō facile
 inueniri potest: tibi verò ipsi certē nemo
 melius dabit, Dñi immortales, cui ego nō

adsum vel spectator laudum tuarum, vel
 particeps vel socius, vel minister cōsilio-
 rum? tamen si hoc tibi deest: sed
 tamen efficeret magnitudo, & vis amoris
 mei, cōsilio te vt possem iuvare. Scribā
 ad te plura aliās, paucis enim diebus crā
 missus domesticos tabellarios: vt quo-
 niam sanè feliciter, & ex mea sententia
 temp. gessimus, vnis literis totius æstatis
 res gestas ad senatū perscriberem, De sa-
 cerdotio tuo quantam curā adhibuerim,
 quāque difficili in re, atque causa, cog-
 nosces ex ijs literis, quas Thrasoni libera-
 to tuo, dedi. Te, mi Curio, pro tua incre-
 dibili in me benivolētia, meaq; item in
 te singulari rogo, atque oro, ne patiāre mi-
 hi quicquam ad hanc provincialē mole-
 stiam temporis prorogari, præsens tectū
 egi, cum te tribunum pleb. isto anno fore
 non putarem; itemque petui sæpius pec-
 literas, sed: si quasi à senatore nobilissimo:
 & adolescente gratiosissimo, quæ à tri-
 buno

LIBER

bono pl. & à Curione tribuno, non ut
decernatur aliquid novi, quod solet esse
difficilius : sed ut ne quid novi decerna-
tur, & ut S. C. leges defendas, eaq; mi-
hi conditio maneat, qua profectus
sum, hoc te vehementer
etiam atque etiam
rogo. Vale.


(.?.)

FINIS.



RES

6486P



o Siuro se perderes porventura
 algum dia tornate ao feneer
 a quem tanto tequeria o f

67
 60
 —
 0

[Handwritten signature]

A o b e d

2891
 089
 0801
 0081

A

67
 60
 —
 0

002
 578
 009
 050

2891
 089
 0801
 0081



